



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Jn Caput IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

## In Caput IV.



Driani Martyris) Adrianus Martyr, cuius festum Ecclesia celebrat 8. Septemb. Forsan VValbeck est locus ille, de quo Ditm.lib.6. Monasterium in VVallebizi cum quatuor Ecclesiis, &c. incendio perit. Fabrit. lib.2. Origin. Saxon. vocat VVallebicum. Martinus Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus. Diui Adriani Martyris gladio, qui VValbergæ afferrabatur, se acinxit. Bonfin. Dec.2.lib. I. de Henrico: Cum saepe ante prælium Eucharistia muniret exercitum, Laurentium, Georgium, & Adrianum cum armato Angelo Diuos suam aciem præcessisse suspexit. Idem habetur in compilatione Chronologica.

## In Caput IX.

**N** Nomine sanctæ) Diploma hoc adscribit Auctor Othoni III. Imp. Sed necessariò referri debet ad Othonem II. Imp. Nam conditor huius Diplodam; at Adelheidæ fuit Mater Othonis II. vxor Othonis Magni; nam Othonem III. peperit Theophano, mulier Græca. Martinus quoq; Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus diploma hoc Othoni II. tribuit.

*Caro nepoti nostro*) Cur Henricum nominat Nepotem? Diploma loquitur de Henrico II. huius nominis Bauariæ Duce, patre Henrici sancti, qui fuit tertius Bauariæ Dux Henricus indigitatus. Fuit autem Henricus II. patruelis Ottonis II. Imperatoris. Ex duobus quippe fratribus geniti füêtre. Ille, ex Henrico primo Bauariæ Duce: Hic, ex Octone Magno Imperatore. Nepotem ergo pro patruelē usurpat. Porro Bambergam reliquit Henricus Pater filio Henrico, de quo hæc historia.

*Nemklin Vraha*) Ita Codex Rebdorffensis. Apographū Bamberg. hic nihil opis tulit. Codex Donauuerdanus. Cum omnibus ad hanc respicientibus, & eō in seruitium versis, & Nendilin Vraha.

Anno

Anno Regni Domini Othonis XIV.) Apographum Bamberg.  
 XIII. Etiam hinc liquet, diploma pertinere ad Othonem II.,  
 quia Otho III. tantum XII. annis Regis titulo Imperium ad-  
 ministravit, Imperator inunctus 996. nec VII. annos Impe-  
 rator fuit: sed tantum VI. Otto autem Secundus quatuorde-  
 cim annos Rex fuit; Rex creatus anno 961. Et solus imperare  
 ingressus 974. Licet enim Anno 967. inunctus fuerit Impe-  
 rator, Imperij tamen anni Ottonis non computantur, nisi ab  
 obitu parentis Ottonis Magni. Sed est error librarij in Indi-  
 cione, quæ anno VII. Imperij Ottonis non fuit prima, sed o-  
 & auæ.

### In Caput X.

**A**nno igitur ab Incarnatione) Baronius ex lib. 6. Dit-  
 mari refert hanc Synodus ad Annum M VI. Le-  
 ge Ditmarum lib. 6. Bambergense Apographum  
 conuenit cum nostro Codice, ut & liber manu-  
 scriptus, in quo varia diplomata & literæ Imperatorum, Re-  
 gum, Principum, Pontificum & Episcoporum continentur  
 missus ad me Vienna Austriae à clarissimo & eruditissimo Do-  
 mino SEBASTIANO TENGNAGEL: nisi quod de die dif-  
 sensio est: sic enim dictus Codex. Anno Dominicæ Incarna-  
 tionis M VII. Indict. V. Kal. Nouemb.

Anno regni sui VII.) Cod. Vienn. & Apograph. Bamberg.  
**VI.**

In eodem anno regni sui) Cod. Vienn. Regni sui VI.

Raterzgenue dictum) Cod. Vienn. Ratenzgouui. Paulò pōst;  
 Volfeli.

C L. mansos) Ita etiam Cod. Vienn. Apograph. Bamberg.  
**CXL.**

Memmingen.) Cod. Vienn. Meinungim. Apograph. Bamberg.  
 Meinungen.

Multisq. qui praesentes) Quos Codex Viennensis ita nomi-  
 nat. In hoc consentientibus & perficientibus (fortè, perficientibus)  
 in primis videlicet Virzeburgensi Episcopo Henrico, & Villigiso venera-

L 3 do Ar-